

Glossa, Lyranus, Cajetanus, putent alia anteriori veritate enim fraudare significat, ut patet II Cor. vii, 2, et XII, 18.

9 et 10. Ne commisceamini (nec habebat consor-
tium cum) fornicariis, non utique forniciariis
huius mundi (q. d. Cum dixi et scripsi: Ne commis-
ceamini fornicariis, non intellexi fornicarios Pa-
ganos esse vitandos): ALIQUIN DEBERRATIS DE HOC
MUNDO EXISTE; — totus enim mundus plenus est
Paganis, eisque vel fornicariis, vel avaris, vel ido-
lis servientibus; sed si sibi qui frater est, » id est,
si sit Christianus, ait Ambrosius, et publice
male auditus quas fornicator, hunc vitate.

11. Si sis, QUI FRATER NOMINATUR, EST FORNICATOR.
— Te nominatur refer ad frater, quanquam ex
Greco cum ΟEcumenio referri potest ad fornici-
ator. Qui publice nominatur fornicator.
Unde Augustinus, lib. III contra Fartern., cap. II:
Nominatur, inquit, id est, iudicatur, condemnatur
in iudicio de fornicatione, tanquam forni-
cator (1).

Quis atra-
res, qui
sapit?
AUT AVARUS, AUT RAPAX. — « Avarus » est, qui
clam aliena capit per fraudes; « rapax », qui peri-
vit avertam. Nec enim avarus qui tenacius sua
refinet, cetero excludetur, nisi neglet elemosynam
pauperi in extremitate et gravi necessitate; multo
minus a societate fidelium est excludendum: quo-
tamen hic iubet Apostolus. « Avarum » ergo in-
telligit furem, vel raptorem, ut dixi. Unde pro
« avarus », greci est πλεοναστής, quod idem est
atque πλεονάκης. Πλεονάκης autem Aristoteles di-
citur fraudator et circumscriptor, ait Aristoteles. Διε-
κέντησεν.

(1) « Nunc autem scripsi vobis, » id est, sed hoc fit
mea mens, quam ita scribem. Nunc hic vim habet ad-
versitatem, ut apud Ciceronem sepe ponitur, nunc vero.

CAPUT SEXTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Transit Apostolus ad litigia et iudicia, arguitque Corinthios, quod lites instituant coram iudice Ethnico, easque subinde iniquas et injustas.

Inde secundo, vers. 9, docet iniquos, quorum varia species enumerat, regnum Dei non possessuros.
Tertio, vers. 13, transit ad fornicationem, eamque insectatur multis argumentis. Colligam ea in fine capituli.

1. Audet aliquis vestrum habens negotium adversus alterum, judicari apud iniquos, et non apud sanctos? 2. An nescitis quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt? Et si in vobis iudicabitur mundus, indigni estis qui de minimis iudicatis? 3. Nescitis quoniam angelos iudicabimus? quanto magis secularia? 4. Secularia igitur iudicia si habueritis, contem-
ptables, qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad iudicandum. 5. Ad verecundiam vestram dico. Sie non est inter vos sapiens quisquam, qui possit iudicare inter fratrem summum? 6. Sed frater cum fratre iudicio contendit: et hoc apud infideles? 7. Jam quidem omnino

12. Quid mihi de his, qui foris sunt, iudicare? Ver. 12.

NONNE DE HIS, QUI INTUS SUNT, VOS JUDICATIS? —
Nota: « Judicare » hic ut et alibi, idem est quod
damnare et punire forniciarios, v. g. pena sepa-
rationis et vitiationis, quasi excommunicationis
enjusdam, que fertur hoc ipso, quo alii puri
et innocentibus praescipitur, ut cum forniciari
hinc non commiscantur, q. d. Hoc ipso quis
dico. Non commisceamini forniciaris, indirec-
ti et consequenter iudico et damno ipsosmet for-
nicarios, quasi sonet et noxios cavendos et fu-
giendos; idque haec de causa, ut nimur ipsi,
cum vident se haec lege ab aliis vitari, confor-
midantur et respiciant: damno, inquam, fornici-
rios, non eos qui « foris », id est extra Ecclesiam,
sunt, puta Paganos (hui enim cum sint extra Ec-
clesiam, pariter extra meas jurisdictiones sunt),
sed eos qui in Ecclesia sunt, puto fidèles, qui
miserere curae et jurisdictioni sunt subjecti.

Dicere: Si eos qui foris sunt non possumus ju-
dicare: ergo Ecclesia non potest iudicare et pre-
mire hereticos et schismatiscos; hi enim sunt foris,
id est extra Ecclesiam.

Respondeo, eos esse extra Ecclesiam, quia Qua-
bonis Ecclesie sunt privati; intus tamen sunt, retul et
quia ius jurisdictionis sub sunt; hoc ipso enim que
charactem baptismi retinent, manent sua prima
professione Ecclesie devincti, obligati, subjecti.
Id est, tamen tenentur jejuniis, festis alioquin legibus
Ecclesie: suntque in Ecclesia, sicut mancipia in
familia, et rei incarcerauti in urbe.

13. AUTERUM MALUM ET VOBIS IPSIS, — ejicite et Ver. 13
occulto vestro forniciatum: nam Greece est τὸ
ταπεῖον.

delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter vos. Quare non magis injuriam accipitis? Ju-
juare non magis fraudem patimini? 8. Sed vos injuriam facitis, et frandatis: et hoc fra-
tribus. 9. An nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt? Nolite errare: neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri, 10. neque molles, neque masculorum concubidores, neque fures, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei possidebunt. 11. Et haec quidam fuistis: sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed justificati estis in nomine Domini nostri Jesu Christi, et in Spiritu Dei nostri. 12. Omnia mihi licent, sed non omnia expedient. Omnia milii licent, sed ego sub nullius rediger potestate. 13. Esca ventri, et venter esci: Deus autem et hunc et has destruet: corpus autem non fornicationi, sed Domino, et Dominus corpori. 14. Deus vero et Dominum sus-
citavit, et nos suscitabit per virtutem suam. 15. Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi? Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit. 16. An nescitis quoniam qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur? Erunt enim (inquit) duo in carne una. 17. Qui autem adhæret Domino, unus spiritus est. 18. Fugite fornicationem. Omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in cor-
pus suum peccat. 19. An nescitis quoniam membra vestra templum sunt Spiritus Sancti, qui in vobis est, quem habetis a Deo, et non estis vestri? 20. Empiti enim estis prelio magno. Glorificate, et portate Deum in corpore vestro.

Ver. 1. 1. AUDET ALIQUIS VESTRUM BABENS NEGOTIUM
Quis hic (item) ADVERSUS ALTERUM (potu fratrem, sive Christi-
mūndūs) JUDICAT? — Syria פָּנָצְדָּה dan-
dan, id est iudicium experiri, iudicium contendere:

qui enim Hebrei dicunt בְּנֵי נִסְתַּרְתָּם, iudicatus est, pro iudicio contendit, ut I Reg. XI, 7, dicit Samuel: « Nunc ergo state, ut iudicium contendam (hebreo בְּנֵי נִסְתַּרְתָּם, id est iudicatur) adver-
sus vos coram Domino. » Et Ezech. XX, 35:

• Adducam in desertum populorum, et iudicabor (id est iudicium subi, litigabo) vobis omni-
bus Iudei faci ad faciem: sicut iudicio contendit adver-
sus patres vestros in deserto terre Egypti. » Et
Jeron. II, 35: « Ecce ego iudicio contendam tecum, et hebreo פָּנָצְדָּה nisipt otach, id est
iudicatur tecum. Pari modo Graecum κρίνεσθαι, id
est iudicari, verbum medium est, tam active
magis passiva significatio: hic autem active
est. Nem Apostolus non carpit eos, qui ad tribu-
alia Ethnicon trahebantur, hic enim ea decli-
nare non poterant; sed eos, qui sapientia ad hoc
tribualia trahebant, aut communis utriusque lit-
igianis consensu eadem adibant (1).

JUDICAB APUD INQUIOS (putu apud Gentiles in-
fideles: iniquos enim opponit sanctis, cum ait) et
NON APUD SANCTOS. — « Sancti » autem vocabantur
fideles et Christiani, uti sepe iam dixi. Ita Chry-
sostomus, Theophylactus, Anselmus. Graece est τὸ δίκαιον, id est, apud iniquos, quia iniquos
sunt, et sepe proprie iniquitatem commit-

tunt, q. d. Cum sint iniqui hi iudices, ab eis ius-
titia non est expectanda, cum sepe uti fidem,
ita et justitiam pervertant.

2. SI IN VOBIS JUDICABITUR MUNDUS, INDIGNI ESTIS
Vnde 2. MUNDUS
judicab-
tur per
adversos
et Chris-
tianos
et
Pauli.
et Patres passim hi proprie angelos
accepit.

3. NESCITIS QUONIAM ANGELOS JUDICABIMUS? — Ver. 3.
Aliqui per « angelos » saeculares intelligunt: hi
enim a Malachia, cap. II, vocantur « angeli Do-
mini exercituum. » Sed hoc alienum est a mente
Pauli. Unde et Patres passim hi proprie angelos
accepit.

Nota hic agi de die iudicii generalis. Ita Chry-
sostomus, Theodoretus, Ambrosius, Anselmus.

Hinc sequitur primo, illo die iudicando esse
non tantum homines, sed et angelos bonos et
malos (de malis angelis hunc locum accepit
Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus, An-
selmus). Est enim una Ecclesia hominum et an-
gelorum, unumque caput et iudex Christus. Hoc
etiam per unitatem ad publicam gloriam diuine jus-
titiae et ad laudem angelorum.

Sequitur secundo, quod Christus et Sancti non
improperie, quomodo dicitur Matth. XI, 41, quod
regina Austr. et Ninivite surgent in iudicio, et
condamnabunt generationem istam, gentem scilicet
Iudeorum; sed iudicio proprie dicto (tali
enim iudicabant saecularia Corinthii) iudicabunt
bonos et
santos iu-
dicantes
angulos
bonos et
malos?

(1) Id est permisum erat a Romatis, habere litum
Graecum arbitrio ex suis contibus. Eodem privilegio igitur
et Christiani gaudebant, praeceps illi ex Iudea. Sed non
nulli Corinthii, sicut et iudeis Christianis, judges Ethni-
cum omnemque puritatem amplexi sunt, quod

COMMENTARIA IN I EPISTOLAM AD CORINTHIOS, CAP. VI.

III. cum essent incorporei et puri spiritus, facere voluerunt, ait Theophylactus et Theodoretus. Rursum, quia Sancti victores demoni in hac vita fuerunt, hinc pro premio in judicio malitiam ejus, superbiam et imbecillitatem coram toto mundo tradicent et quasi vieto, vil, contemptibili, a Deo projecto et in eternum damnato insultabunt; uti et Christus, *Coloss.* ii, 15. Quia res demoni superbissimis maxima et molestissima pena erit, ut pulchre docet Franciscus Suarez, *III part., Quest. LIX, disp. LVII, sect. 8.* Adde Apostolos et viros Apostolicos, qui, relicti omnibus, Christum proxime seculi sunt, iudici Christo proximos fore, quasi primores et assessores regni: itaque una et eadem cum Christo sententia, uti Cardinales cum Papa, omnes alios iudicantur, *Math. xix, 28.*

QUANTO MAGIS SECULARIA? — scilicet negotia, quae ad communem hominum usum pertinet (hoc enim significat Graecum *παντά*), subaudi, digni et apti sumus iudicare: si minimus hoc iudicium ad nos deferatur a partibus litigantibus, aut si huic iudicio preficiantur ab Ecclesia, vel a republica: nam si angelos iudicare valens, quidni et secularia? Angelii enim tantum secularibus prestant, quantum celum terra praecellit.

4. CONTEMPTIBILES IN ECCLESIA (potius quam Gentiles, iudices sive arbitrii) **CONSTITUITE AD JUDICANDUM.** — Ita Theodoretus (1). Unde subdit:

3. SIC NON EST INTER VOS QUISQUAM SAPIENS, QUI POSSIT JUDICARE INTER FRATREM SUUM? — Est myoterismus, sive ironia cum stomacho, et tacita quādam subsummatione et exprobatione. Pauli altera hæc, quasi serio dicta acceptum Sedulus, et Gregorius, lib. XIX *Moral.*, cap. xxi: **Contemptibiles, inquit, qui sunt, constitue ad iudicandum.** Quasi dicat. Qui minoris sunt meriti in Ecclesia, et nullis magnarum virtutum donis possunt, ipsi de terrenis negotiis iudicent: quatenus per quos magna nequeunt, bona minora suplanentur. **a**

Nota: Hoc iudicium causarum secularium postea inter Christianos commissum fuit presbyteris, et Episcopis, ut patet ex Clemente, lib. I *Constit.*, cap. XLIX; L, LI, et epist. I *ad Jacobum fratrem sum frat.* **Si qui, inquit, frater negotia habent inter se, apud cognitos seculi non iudicentur, sed apud presbyters Ecclesie quidquid est illud dirimatur, et omni modo obidian statutu eorum.** Idque postea lege Cesarea, que extat XI, *Quest.* I, 1, can. *Quicunque, et can. Volumas,* statuit Theodosius Imperator et confirmavit Carolus Magnus, minimus ut quisque, sive reus, sive actor, possit, relieto tribunali seculari, etiam post item contestata, adire iudicem Ecclesiasticum. Unde hoc munere judicis inter fideles suos fundit Gregorius Thaumaturgus, Neocassariensis

(1) Alii Graecum *καθετοί* in indicativo, cum interrogandi signo, vertunt: *an contemptos, scil. ethicos, et exteriorum arbitrios et iudices constitutis?*

Episcopus, ut patet ex Nysseno in ejus Vita; S. Ambrosius, ut patet lib. II *Offic.*, cap. XXIX, ubi etiam Imperatorum iusta iudicia irritasse se dicit; S. Augustinus, ut patet *De Operi monach.* cap. XXV; Synesius, ut patet epist. 37 et 38. Sed Episcopi crescente nimis numero Christianorum et litium, et vix currente periculo odi, malevolentie, caluniae. Accedit iactura temporis, pacis ac tranquillitatis interne, quæ nisi bono majore compensetur, non sine peccato litis etiam justa suscipiantur. Ille Christus, *Math.* v, 40, ita sancti: « Qui vult tecum in iudicio contendere, et tunciam tuum tollere, dimittit ei et pallium. » Bonum manus est necessitas propria, publica, familia, pieetas, justitia obligatio; ut cum monasteri aut pauperum bona vis futuri a recuperare publice iudicio. Sic Paulus ad iudicium Casaris appellat, *Act.* xxv, 11. Denique Apostolus non reprehendit hic iudicia ex parte iudicis, sed ex parte litigantium. Itaque enim peccatum esset littigare, non tam peccatum esset iudicare; iudicium enim finem imponunt litibus, quod valde bonum est. S. Paulus apostulatur S. Clemens Romanus illi causa, immo discipulus, lib. II *Constit. Apost.*, XLV: « Pulchra, ait, christiani hominis lata est, cum nemine litigare. Sin autem aliquis opera aut tentatione quicquam factum fuerit, ut incidat ei illis, dei operam, ut dirimirat, quavis opus si aliquid danni facere, et ne aedat ad iudicium gentilium; immo ne pafiamini, ut secularies magistratus de causis vestris iudicent: per eos enim diabolus studat, ut familiis Dei proubum etiam excolet; quasi non habeatis vos quicquam sapientem, qui possit inter vos jus dicere, aut controversias dimovere. »

5. NEQUE FORNICARI, NEQUE ADULTERI, etc. REGNUM DEI POSSIDEBUNT. — Hinc patet non tantum adulterium, sed etiam fornicationem, quam solitus cum soluta peccat, esse contra legem, tam Christi quam naturam. Erravit turpiter in hac re M. Moses *Egyptius*, lib. III *More*, cap. 1, ubi congressum Iudei cum Thamar, *Genes.* XXXVIII, excusat hoc nomine, quod ante legem Mosis licetum esset meriterari. Turpis errant nostri pollicentes, qui licet concedant lege Christi velut inesse fornicationem, negant tamen eam lego Mosis fuisse vetitam. Id enim admittit Moses, et alii Rabbinis passim docent, *Ezod.* xx, sexto Decalogi precepto: *No makaberis, non solum moechiam sive adulterium, sed etiam incestum, sodomitam, fornicationem omnemque concubitum et libidinem, quæ limites matrimonii egreditur, esse velut.* Ita Tobias, cap. IV: « Attende, inquit, fili mi, ab omni fornicatione, et præter uxorem tuam, nunquam patiaris crimen scire. » Ita Apostolus sic fornicationem annumerat adulterio, idolatrie aliisque peccatis quæ sunt contra legem nature et Decalogi, hominesque natura sua excludent a regno Dei: repugnat enim fornicatio prima creationi hominis et institutioni matrimonii, quæ Deus nature omniisque Dominus alligavit usum membrorum generationi servientium, matrimonio, et extra illud homini utendi facultatem admittit: repugnat et fidelis conjugali atque bono proposito, quæ recte educari nequit in fornicatione, sed tantum in matrimonio. Hinc *Deuter.* XXI, 21, iubetur lapidari puella, quæ ante nuptias in domo patris fornicata est. Et Sapiens, *Ecccl.* xix, 3, ait: « Qui se jungit fornicariis, erit nequam: putredo et vermis hereditabunt illum. » Denique ut aliam taceam, *Num.* xxv, 9, ob fornicationem Hebrewrum cum filiabus Me... ^{sunt ex eis virginis} quatuor millia.

MOLLES. — Mollices est pollutio.

Avari. — Hi sunt qui per fraudes, injustos contractus et dolosas litis aliena explicant. Distinxunt enim his a furibus et a rapacibus. Vide dicta cap. v, 10.

ERBOSI. — Graecum *ερβός*, tam ebrium, quam ebriosus significat: quare «erbiosi» hic non proprie frequentiam, vel consuetudinem se inebriandi, sed actum denotat; sic enim et cetera hic, ut fur, maleficus, adulter, actus significant; unus enim eorum actus eos a coelo excludet. Idem patet *Galat.* v, 21. Una ergo perfecta ebrietas est peccatum mortale, quia privat hominem us rationis, ut sit quasi bestia; et hominem exponit peculio rixæ, libidinis et innotiorum peccatorum. Alter S. Thomas: Ebrietas, inquit, non est peccatum mortale, ob ignorantiam fortitudinis vini, vel debilitatem proprii capit: quae tamen excusatio tollitur per frequenter experientiam: ido signanter ait Apostolus « erbiosi, non ebrios. » Sed prior explicatio est solidior.

11. SED ABSIUTI ESTIS, SED SANCTIFICATI ESTIS, SED JUSTIFICATI ESTIS (per baptismum), IN SPIRITU DEI NOSTRI, — per Spiritum Sanctum. Ita Chrysostomus, Theophylactus, *Ecumenius*. Pulchrum hujus ablutionis et mutationis morum per baptismum et Christianism facta exemplum de seipso narrat S. Cyprianus, epist. 2 *ad Donatum*, ubi candide confitetur, qualis fuerit ante baptismum, qualis subito evaserit per gratiam baptismi, quidque sibi contulerit Christianismus, qui, ut ipse ait, est «mors erimum et vita virtutum. » Similia habet Nazianzenus, *Orat. funer.* in laudem Cypriani, ubi enarrat mirabilem ejus conversionem, et cordis viteque communionem, quam baptismi conceperit.

**12. OMNIA MIHI LICENT, SED NON OMNIA EXPE-
DUNT (1). — « Omnia mihi licent, » per liberum arbitrium, inquit Theodoretus et *Ecumenius*, puta licet, et in mea potestate est fornicari, rapere, inebriari et cetera, quo hic praemisit Apostolus: « ve-**

(1) Non male suspicatur Storius, in *Notitiae historicæ Epistolæ Pauli ad Cor. interpretatione inservientibus*, licentiores Corinthis verba πάντα μη ξέστε, que olim ex Apostolo, de cibis locuto, forte audierant, et de cibis per se spectatis intelligere decebant, translisse ad eum cum idolatria conjunctum, immo ad consequenteum epulū idolatriacis πεντάκις, vers. 18.

rum haec non expediunt salutis anime mee, quia peccata sunt.

Sed hunc sensum recte refellit Ambrosius : « Quomodo, inquit, licet quod prohibetur? aut certe si omnia licent, nihil potest esse illicitum, » q. d. Ambrosius : Illud dicitur licere quod nulla lega est prohibitum; non autem id quod est liberi arbitrii facere, vel omittere. Sensus itaque hujus loci est : « Omnia mili licent, » omnia nimis adiaphora, et lege non prohibita. Ita Chrysostomus, qui cum Theophylacto haec referat ad vers. sequent.

43. ESCA VENTRI, ET VENTER ESCIS. — q. d. Licet mili omnibus cibis vesci, sed non sinam gulam alicius cibi mili dominari, ut si mancipium ventris.

Secundo, Ambrosius et S. Thomas referunt ad sumptus, q. d. Licet mili evangelizanti a vobis accipere sumptus et victum; sed ego eos non recipiam, ne ulli fiam obnoxius et meam libertatem perdam; ut more epistolico varia miscat Apostolus, quae sciebat illos ad quos scribit, aliunde intelligere.

Tertio et apertissime, Anselmus et S. Thomas referunt hanc sententiam ad superiora de iudicis, q. d. Haec contra iudicia dixi, non quasi illicitum sit ex se in iudicio suntem, sed quod nolim sub aliorum, scilicet iudicium, advocatorum, procuratorum, maxime infideliun, potestatem vos redigi. Unde verit Syrus, *nemo in me potestatem exercet*.

Moraliter S. Bernardus, lib. III *De Consider. ad Eugenium*: « Spiritualis, inquit, homo omne opus suum irina consideratione prevenit, primo, an licet; deinde, an deceat; postremo, an expediat. Nam etsi constat, in Christiana utique philosophia, non decere nisi licet, non expedire nisi que decent et licent; non confino tamen omne quod licet, decere aut expedire consequens erit. »

ESCA VENTRI (scilicet destinata est, aequa ac)

VENTER ESCIS. — q. d. Cui lites suscipitis otemporalia, quae fere ad escas et ventrem tendunt?

Esa enim res caduca est et vilis, ad hoc facta, ut in ventrem proiecitur: venter autem vilissima generatione destinata, obsequio et servitio Christi, cuius sunt. Fideles enim fornicantes haec generationes membra et corpus suum, quasi membrum, Christo, cuius est, suffratur, et dat meretrici. Tollit ergo a Christo corporis sui usum, non dominum.

16. QUI ADEBERET MERETRICI, UNUM CORPUS EFFICITUR. ERUNT ENIM, INQUIT, DEO IN CARNE UNA. — « Unum corpus, » per corporum unionem et commixtionem, ut, sicut mercatores in societate unae habent opes, quia communis, sic fornicarii unum habeant corpus, quia utrinque corpus est utriusque commune, ait Cajetanus. Et sic sunt « duo in carne una, » id est duo sunt una caro, q. d. E duabus fiet unus homo, non spiritualis, sed carnalis, et quasi totus caro.

git ingluvium et crapulam, q. d. « Esca venter Crapula et venter escis, id est ad crapulam venter habet desiderium, et hec ad illum : verum qui crapula et potest esse illud deo.

Deus et HUNC (ventrem) ET HAS (escas) DESTRUCT — κακόγνη, abolebit, in morte et resurrectione, ut scilicet non sit amplius ventre escarum, qui escis pascatur; nec escu sint ventris, ut ventrem inesse et impliant.

CORPUS NON FORNICATIONE (destinatum et datum est, ut fornicemur), SED (ut) DOMINO (casto corpore serviamus, Christumque ut caput castis et sanctis moribus sequamus). Ita Anselmus et Chrysostomus. Unde sequitur), ET DOMINUS CORPUS. — Christus scilicet corpori nostro datum est in caput, ut illi quasi immineat, q. d. Ergo corpora nostra non fornicatione, sed Christo capiti quasi membra prius seruire debent, semperque caput summum Christum, Christique puritatem amulari. Secundo, « Dominus corpori, » id est Christus corpori casto et puro erit premium, eaque incorruptionem et immortalitatem donabit. Ita Ambrosius et Anselmus. Prior sensus est simplicior, nam de resurrectione sequitur, cum subdit :

14. DEUS VERO ET DOMINUM (Christum et crucifixum et mortuum) SUSCITAVIT: ET NOS (si cum Christo gule et libidini moriamur, eaque crucifixum) SUSCITARI.

15. NESCIS QUONIAM CORPORA VESTRA MEMBRA VERA. q. d. Sunt Christi? — Vos ipsi enim, ac consequenter corpus et anima vestra, estis membra Ecclesie et anima Christi. Pulchre S. Augustinus, serm. 18 in hac Apostoli verba: « Vita, inquit, corporis anima est, vita animae Deus est. Spiritus Del habitat in anima, et per animam in corpore, ut et corpora nostra tempulum sint spiritus Sancti, quem habemus a Deo. »

TOLLENS ERGO MEMBRA CHRISTI, FACIAM MEMBRA MERETRICI? ABSIT. — « Tollens, » non quasi avulsus et separans a Christo; Christi enim et Ecclesie membrum manet fornicator, quandoque fideliter relinet. Sed « tollens, » id est accipiens, et, ut D. Thomas, injuste subtraheens sua membra generatione destinata, obsequio et servitio Christi, cuius sunt. Fideles enim fornicantes haec generationes membra et corpus suum, quasi membrum, Christo, cuius est, suffratur, et dat meretrici. Tollit ergo a Christo corporis sui usum, non dominum.

16. QUI ADEBERET MERETRICI, UNUM CORPUS EFFICITUR. ERUNT ENIM, INQUIT, DEO IN CARNE UNA. — « Unum corpus, » per corporum unionem et commixtionem, ut, sicut mercatores in societate unae habent opes, quia communis, sic fornicarii unum habeant corpus, quia utrinque corpus est utriusque commune, ait Cajetanus. Et sic sunt « duo in carne una, » id est duo sunt una caro, q. d. E duabus fiet unus homo, non spiritualis, sed carnalis, et quasi totus caro.

ERUNT ENIM, INQUIT (Scriptura sacra), duo in CARNE UNA. — Citat haec verba Paulus ex Gen. cap. II, vers. 24, ubi dicuntur de conjugibus : hebe tamen Apostolus ea refert ad fornicantes, quia actus exterior seu conjugum, seu fornicatum, secundum speciem nature non differunt, licet in genere moris specie, immo genere, different: horum enim actus sunt libidinis et viti, illorum vero actus sunt temperante, justitia et virtutis. Ita S. Thomas.

Nota : De conjugibus dicitur, quod erunt duo in carne una, » id est duo erunt una caro: primo, per copulam carnalem, ut hic explicat Apostolus. Secundo, « erunt una caro, » synecdochice, id est unus homo, una persona: vir enim et femina civiliter unum sunt, et censant una persona civilis. Tertio, quia conjux est dominus corporis sui comparis, et sic unius caro est alterius caro. Patet cap. seq., vers. 3. Quarto, effective, quia unam carnem, scilicet prolem, generant.

Nota secundo : Hac phrasis utitur Scriptura hoc fine, ut ostendat inter humanas necessitudines arctissimum et inviolabile esse vinculum matrimonii. Hinc ex Adamo costa fecit Deus Ewan, quasi vir et femina non tam duo quam unus sint, debeantque unum esse amore et voluntate, adeoque si sit opus, conjux conjugis causa, debeat patrem et matrem deserere, ut dicitur Genes. II, 24. Citat ergo Apostolus hunc locum, ut demonstraret quantum se dejevit et infamat fornicator, utpote qui tam arte conjugatur cum meretricula vilissima, ut unum fiat cum illa, et in ipsam, in scortum scilicet et meretricem, se quasi transformet.

17. QUI AUTEM ADILERET DOMINUM (cum eo fit et) EST UNUS SPiritus. — « Unus, » non essentialem, ut voluit Almaricus et illuminati quidam fanatici, teste Ruisbrochio, lib. De aliis Contemplatione, sed accidentaliter : unus, inquam, charitate, voluntatis consensu, gratia et gloria, quae hominem faciunt quasi divinum et Deum, ut cum Deo quasi unus idemque sit spiritus. Ita Ambrosius, Anselmus, OEcumenius. Unde ex hoc loco S. Basilus, lib. De Vera Virginit., demonstrat animam castam et sanctam esse sponsam Dei, eamque in divina imaginis excellentiam transfigi, ut cum Deo unus fiat spiritus; atque ex hac cum Deo coniunctione haurire omnem puritatem, virtutem, incorruptionem, pacem et tranquillitatem : « Quocirca, inquit, anima que Christo copulata est tanquam sapientiae Verbi Dei sponsa, sapiens et prudens sit, necesse est, ut omni stultitiae et insipientiae nota jugi divinarum rerum meditatione explosa, sapientia, cui conjuncta est, ornatur pulchritudine: donec aeternam sapientiam sibi penitus jungat, unumque cum eo, cui inhaesit, effecta, ex corruptibili fiat incorruptibilis, ex imperita prudens ac sapientissima, tanquam Verbi cui adhaesit costa, atque (ut breviter dicam)

Excellens
Vita solitaria,
ante finem
Quis ha-
bita
cum Deo
unit?

Rursum idem Bernardus, sive auctor tract. De Vita solitaria, ante finem : « Unitas, inquit, spiritus cum Deo hominis cor sursum habentis, proficiens in Deum voluntatis est perfectio. Cum jam non solum vult que Deus vult, sed sic est non tantum affectus, sed etiam in affectu profectus, ut non possit velle nisi quod Deus vult : velle autem quod Deus vult, hoc jam simile Deo esse est : non posse velle nisi quod vult Deus, hoc est jam esse quod Deus est, cui jam velle et esse id ipsum est. Unde nene dicunt, quod tunc videbimus cum sicuti est; cum sic similes ei er-

mus, hoc erimus quod ipse est: quibus enim portestas data est filios Dei fieri, data est potestas, non quidem ut sint Deus, sed sint tamen quod Deus est. »

Unitas spiritus cum Deo
Unitas spiritus cum Deo
Unitas spiritus cum Deo
Unitas spiritus cum Deo
Unitas spiritus cum Deo

Neinde prosequitur Bernardus triplicem similitudinem hominum cum Deo, ac deinde subiungit: « Dicitur autem haec similitudo Dei unitas spiritus, non tantum quia efficit eam, vel afficit ei spiritum hominis Spiritus Sanctus, sed quia est ipsa Spiritus Sanctus, Deus charitas: qui cum sit amor Patri et Filii, et unitas, et suavitatis, et bonum, et osculum, et amplexus, et quidquid commune potest esse amborum in summa illa unitate veritatis et veritate unitatis, hoc idem homini suo modo fit ad Deum, quod cum substantiali unitate Filio est ad Patrem, et Patri ad Filium; eum in amplexu Patri et Filii medium quodammodo se inventum hominis beata conscientia: cum modo ineffabili incognitabiliter fieri meretur homo Dei, non Deus; sed tamen quod Deus est ex natura, homo ex gratia. »

Vita. 18. Sola libe- da- ri- glo- gie- nis- vici- maria-

18. FUGITE FORNICATIONEM. — Quia, ut Anselmus, Cassianus et passim Patres docent, alla vita pugnando, sola libido fugiendo vincitur, scilicet fugiendo feminas, objecta, occasiones libidinis, divertendo oculos et mentem, ut alia videat et cogitet. Si enim turpi tentatione te opponas et cogitatione repugnes, cogitando magis commoves imaginationem earundem, indeque carnem et concupiscentiam innatam et in libidinum profsum magis accendis.

ONNE PECCATUM EXTRA CORPUS EST, — corpus proprium non maculat, non polluit.

Dices: Si qui se occidat, mulier, castre, hic in corpus suum peccabit: ergo non omne peccatum a fornicatione distinctum extra corpore est.

Respondeo: Omne peccatum, id est omne genus peccatorum, quod committere et ordinare committunt homines, extra corpus est. Septime enim sunt vita capitalia, que Theologoi ex S. Paulo dividunt in spiritualia, et corporalia sive carnalia; carnalia duo sunt, gula, et libido: spiritualia sunt quinque, puta superbia, avaritia, ira, invidia, aedica, ex quibus ita et inuidia subinde periret pro rumpunt in necem proximi, non autem in necem propriam nisi per accidens, raro et extraordinarie; ac consequenter iracundus per se et ordinari non peccat in corpus proprium, sed alienum, quod hedit vel occidit, q. d. Apostolus:

Vita capi- tali- dia- pli- cator- ter di- citor- Teolo- gi-

Omne peccatum, id est pleraque omnia peccata, que ordinarie et committere faciunt homines, extra corpus sunt. Non ergo sub ὡς οὐκέτι peccatum, comprehendit sui mutillationem vel occisionem, que per accidens, raro et extravaganter sunt; non etiam comprehendit gulam, ut mox dicam.

QUI FORNICATUR, IN CORPUS SUUM PECCAT. — S. Hieronymus, epist. ad Amandum, tom. III, duas huius loci expositiones afferit, quarum prima est: fornicator peccat in corpus, id est in uxorem

suam. Secunda, in corpore degit stimulus venoris, qui etiam post peccatum, cum vult puniri, ad pristina eum tollent, « Alia, ait S. Hieronymus, peccata fornicatio sunt, que post factum penitendum habent, et licet invicto lucrum, mordet conscientia. Sola libido etiam in ipso tempore penitendi, praeteritos stimulos purificat, et titillationem carni et incentivum peccati, ut per hoc que corrigit cupimus cogitantes, rursum sit materia peccandi. » Id expertum se fatetur S. Hieronymus, epist. 22 ad Eustochium. Experta idipsum est et sancta Maria Egyptiaca, quia toto anno quot veneri servierat, scilicet 17, hos stimulos ponentes est passa, ut narrat Sophronius, Hierosolymorum Patriarcha, in ejus Vita.

OCULUMENIUS decebat alias ejus loci habet expositiones. Totidem adfert Isidorus Pelusiota, lib. IV, epist. 129. Verum sensus proprius et genuinus huius loci est: « Qui fornicatur, in corpus suum peccat, » hoc est, qui fornicatur, corpori suo injuriis est, corpori suo gravem injuriam irrogat: primo, quia corpus suum polluit, conquinat et maculat. Ita Nyssenus, oratione in hanc Apostoli sententiam.

Secundo, quia corpus suum fornicando debilitat, exhaustit, et sepe lue veneret, aliisque morbi inficit et consumit. Ita S. Athanasius apud Ecumenium. Uroque modo gulosus quoque et ebriosus in corpus suum peccat: quia illud pniegmatibus, vomiti usque sororibus sepe dedecorat, illiusque vires et calorem naturalem debilitatem, ledit et obruit. Unde sub fornicatione hic gula et ebrietas quasi illi affinis, immo mater, intelligi potest: quia de causa de gula paulo ante, vers. 13, egisse videtur Apostolus: haec enim duo, scilicet gula et libido, propria sunt vita corporis, unde et peccata carnalia vocantur; reliqua vita sunt spiritus et mentis, ut paulo ante dixi.

Tertia, fornicator corpori suo injurius est, quia ipse solus corpus suum liberum, purum et nobile velissimum meretricis iuri, servitutis et potestati subiicit, ut cum ea quasi unum quidem fiat. Perinde enim ac si quis corpus nobile, sicutum et speciosum colligaret corpori aliquiut putidi leprosi, diceretur injuriam gravem facere corpori tam nobili et pulchro; ita qui corpus suum liberum, purum ac nobile, a Deo creatum, et sanguine Christi redemptum et ablutum, meretrici sorride, abjecte et infami commiscet, gravem corpori suo injuriam irrogat; hanc enim injuriam omibus hisce versibus exaggerat Apostolus.

Quarto, fornicator in corpus suum peccat et injurius est, quia in corpore fedam et pudoram libidinem excitat, que ita mentem absorbit, ut in illius actu nihil aliud homo cogitare possit. Facit ergo fornicator corpus suum mancipium libidinis et concupiscentiae, ut in eo feda libido dominetur, illudque totum sibi vindicet: nec gula, nec aliud vitium in corpore tam pudoram et tam vehementer concupiscentiam excitat, que-

Sola libe- da- ri- glo- gie- nis- vici- maria-

Ita sibi corpus mancipet, ut libido. Sola ergo libido dominatur corpori, illudque sua concepit, et centia et peccato inficit, subjugat et corrumpt. Corrumpt. 49. AN NESCITS QUONIAM MEMBRA VESTRA TEMPORA PLUM SUNT SPIRITUS SANCTI? etc. — Ergo quasi sa- crilegi sunt, qui per libidinem polluant corpora sua, que sunt templum Spiritus Sancti. Illi enim injuriam irrogant, dum corpus ipsi dicatum au- ferunt et transuerterunt ad venerari diabolum. Porro corpora fidelium templum sunt Spiritus Christi, qui ipsi membra sunt Christi, et quia fideles cum Deo unus sunt Spiritus. Vide dicta vers. 16 et 17, et que dictum est in Epist. II, cap. vi, vers. 46. Acule et eleganter Tertullianus, *De Cultu fermin.*, cap. 1, huius templi editium et antisistem constituit pudicitiam: « Nam cum omnes, inquit, templum simus, illato in nos et consecrato Spiritu Sancto, ejus templi editium et antistes pudicitia est, quia nihil immundum, nec profanum inferri sinat, ne Deum ille qui inhabitat, inquit, sedem offensus derelinquet. » Fidelis ergo et justus est templum, in quo per graias habitat et collit Spiritus Sanctus, quem illis dedit Deus, ut in iis operetur sanctas cogitationes, affectiones, sermones, actus. Quare indignum est, ut ejus corpus et anima per fornicationem fiat fanum impurae Veneris et Priapi: haec enim gravis est injuria in Deum et Spiritum Sanctum. Hinc S. Seraphia virgo et martyr, cum Preses ei diceret: « Ubi est templum Christi quem adoras, et quo sacrificio? » respondit: « Ego castitatem colens templum sim Christi, cui inepsiam in sacrificium offero. » Ait Preses: « Si castitas tibi ablatuta fuerit, Christi templum esse desinas? » Ad quem virgo: « Si quis templum Dei violaverit, disperserit illum Deus. » Immisit igitur Preses duos juvenes qui eam violarent: sed illa orante terremotus exitit, juvenesque examinati cecidere; verum illius precibus vite restituti sunt. Ita habet eius *Vita apud Surium*, 3 septembris.

20. ENTIUS PRETIO MAGNO. GLORIFICATE ET PORTATE DEUM IN CORPORE VESTRO. — q. d. Magni estimate, magni facti vestra corpora, cum ea dicatur demoni turpi et brevi corporis voluptate. Ne corpus tuum vilipendias, ne gratis vendas, imo maximus ducas: hec est enim gloria Dei, si magni fiant illa corpora, que Deus tanto sibi pretio comparavit, scilicet sanguine suo. Hinc nomen gloriosum Christiani est Emptus et Redemptus, scilicet a peccato et gentilismo, idque pretio sanguinis Christi. Sic olim filii Christianorum empli a Turci, et a christianismu ad turcismum tradi- ducti, vocabantur *mamluchi*, id est empti. Cum enim Tartari subiugent Armeniam, viderunt pueros Christianorum: hos Melech-Sala, *Egypti Sultanus*, emit magnum numeru, ipsosque in militi exercitu curavit, et vocavit *mamluchos*, id est emptos. *malac* enim Arabic significat emere et acquirere. Post mortem Sultan Melech-Sala exponerunt Mamluchi ex suo collegio, quod solis

Christianis apostolis constabat, regem constitutum anno Christi 1232. Ut autem exponerunt Mamluchi sub Frederico II Imperatore, ita extirpati sunt a terris. *Egyptum* occupanta, anno Christi 1316. *Mamluchi* Tunc enim Mamluchi regnare et esse desierunt.

GLORIFICATE DEUM IN CORPORE VESTRO, — castum illud servando in obsequio spiritus et Dei.

Nota: Tu portate non est in Greco. Ut equus, ait D. Thomas, portat dominum et sessorem, et ad eum voluntate moveatur; ita corpus Dei voluntati et obsequio mancipetur. Graeca addunt: *xai iv το πνευματικων θεων, ζντω ης τον θεον, et in spiritu vestro, qui sunt Dei*, q. d. Glorificate et portate Deum, et in corpore et in mente, quia utraque sunt Dei.

Nota, Corinthios fuisse in venerem, ac conseruent in gulam propenos. Id patet ex Suidi verbo *Cothys*, qui ait: « Cothys diemon apud Corinthios cultus, preses effeminatorum et impudicum. » Ideo doctet Herodotus in *Clio*, et Strabo, lib. VIII: « Fanum Veneris, ait Strabo, Corinthiis fuit locuples, ut plures quam milie habuerit sacrorum famulis meretrices, quas Deae viri mulieresque dedicarunt. » Inde in proverbia libit *προθέσθαι*, hoc est, lascivire, genio et libidini vacare. Hinc Apostolus impensis Corinthios dehortatur a solita fornicatione; idque variis rationibus ex diversis locis petit: *primo*, a creatione; *secundo*, a resurrectione corporis; *tertiario*, a fideitate libidinis et injuria in corpus; *quarto*, a dignitate corporis.

Ex quibus colligas sex argumenta, quibus eos deterret a soartitione. *Primum* est, quia corpus non est nostrum, sed Domini, vers. 13. *Secundum*, quia si castum sit, resurgent in gloria, vers. 14. *Tertium*, quia corpus nostrum membrum est Christi, vers. 15. *Quartum*, quia corpus castum templum est Spiritus Sancti, ut per castitatem Dei adherentes fiat unus spiritus cum Deo, vers. 17. *Quintum*, quia libido corpus dedecorat et contaminat, vers. 18. *Sextum*, quia corpus nostrum Christi sanguine emptum est; ergo indignum est, et Deo, Christo ac Spiritui Sancto injurium, si quis illud det meretrices, vers. 20. Vide Chrysostomum in *Moralibus*.

Moraliter et S. Bernardus in psal. *Qui habitat*, serm. 7: « Glorificate, inquit, dilectissimi, et portate interim Christum in corpore vestro, onus delectabile, sube pondus, sarcinam salutarem, etiam interdum latera tundit et flagellat recalcitrantem, etiam aliquando in came et framo maxillas constringit, et coercet omnino feliciter. Esto ut jumentum, minime tamen jumentum, patienter quidem sustinens onus, sed honorem int' ligens: sapienter et delectabiliter cogitans tanu ipsius oneris qualitatem, quam propriam utilitatem. » Sic S. Ignatius Martyr vocatus est Deifer et Christifaber, idemque B. Virginem in suis ad eam epis- toli *Christiferam consulat*, ait S. Bernardus.